

2018 AREA F CONVENTION  
Sight Recitation Passage

Level III Prose

Contestant: \_\_\_\_\_ - \_\_\_\_\_  
(School Code - Your Sign-Up Sheet #)

cum nuptiae Pēleī et Thetidis celebrārentur, omnēs diī et deae aderant. sola Eris invītata nōn erat. īrata discordiam excitāre constituit. itaque pōmum aureum inter convīvās iēcit, in quō inscriptum erat: pulcherrimae.

Iūnō et Minerva et Venus pōmum sibi vindicant; vehemens rixa oritur. postremō Mercurius trēs illās deās dūxit in montem Īdam, quī ad Trōiam situs erat. Paridī, Priamī filiō, quī ibi ovēs pascēbat, iūdicium commissum est. Iūnō eī pollicita est regnum Asiae et dīvitiās, Minerva sapeintiam et bellī glōriam, Venus formōssissimam omnium mulierum coniugem.

Paris Venerem pulcherrimam esse iūdicāvit eīque pōmum porrexit. Iūnō et Minerva Paridī omnibusque Trōiānīs inimīcae fuērunt.